humani generis pficē diſpoſuiſti (ſic notū fac) ut eius
exēplo ⁊ doctrina diſcant tui magis appetere celeſtia q̄
terrena. eterna q̄ caduca/ ⁊ ſic fac notos apoſtolos tu
os (eruditos corde ⁊ ſapiētia) celeſti p q̄s toti orbi notū
faciat filiū tuū. ¶ O dn̄e qui videris faciē tuā auertere a
nob. Cōuertere aliquātulū) oculos miſc̄die tue nos
reſpiciēdo ⁊ mitigādo tribulacōe ȝ nr̄am (et deꝑcabilis
eſto ſup ſuos tuos) pces eoꝝ exaudiēdo. ¶ Propha
oſtendēs ſe exauditū quo ad ſtatū futurū ait. Reple-
bimur i eternitate miſc̄dia tua exultabim⁹ i laude tua et
delectabimur omībꝫ diebꝫ nr̄is) i te ſūma dulcedo in et
nū. Quātū ad ſtatū pn̄tē dic. Letati ſum⁹) i diebꝫ
malignis (q̄bꝫ nos humiliaſti) q̄ dediſti nobis potēciam
et leticiā in tribulacōe (et i ānis quibꝫ expti ſum⁹ angu
ſtias ⁊ aduſitates. ¶ Propha orās ut deus parcat iu-
deis peccātibꝫ ⁊ ſi nō p meritis ſaltē ꝓpter opa q̄ in eis fe
cit ait. Reſpice in ſuos tuos) tui eni ſūt licȝ peccatoēs
(et i opa tua) q̄ feciſti i eis (et dirige filios eoꝝ) ut ſi ipi
ꝓpter iniq̄tatē ſuā diſpſi ſūt. ſaltē filij i fine ouerſi ad ve-
rā puenīe mēantur. Et ſit ſplēdor) grē (dn̄i nr̄i ſup
nos) mētes nr̄as illumināns (et opa manuū noſtraꝝ di-
rige ſup nos) ut creſcāt ⁊ dirigāt̄ ad celeſtia (⁊ opus
manuū nr̄aꝝ) ad vnū finē qui deus eſt (dirige.

¶ Pſalmus. xc. in quo monet exēplo
criſti temptacōnes ſuperare.

¶ Vox prophete.

Qui habitat ī adiutorio altiſſimi) totā ſpem
ſuam ponens in eo qui altiſſimus eſt (proteget̄ in om-
nibus ab eo) ut nec illecebra male blandientis volu-
ptatis capiatur nec timore aduerſitatis frangatur.

Dicet deo) vir deuotus recognoſcens ꝓtectōis bn̄=
ficiū(ſuſceptor mei)infirmi ad curandū(es tu/ et refugi=
um meū)fugiētis a facie inimicoꝝ meoꝝ ⁊ ſemꝑ qꝛ(de=
us meus eſt·ſperabo in eū)qꝛ nunq̄ in aliquo de me ꝑſu=
mā ꝫ ſemp ad deū in omni neceſſitate recurrā. ¶Et hoc
merito ſperabo. Qm̄ ipē liberauit me)iam(de fraudibꝫ
et doloſis captionibꝫ demonū)qui animas hoīm laque=
is inſidiarū captare deſiderāt et(liberauit a tēptacōne
que fit ꝑ verba aſpera)puta ꝑ maloꝝ inſultationē vel ꝑ
detractiones propter quas quandoqꝫ quis diuertit a
via dei. ¶Proteget aūt te q̄ ſperas in dn̄o ſic·qꝛ Sca=
pulis ſuis)id eſt paterna v̄tute ſua(obūbrabit tibi)ne
tēptacōis eſtus te exurat/et tanq̄ gallina(ſub alis ſu=
is)ꝓteget te ne ab ancipitre rapiaris/ſecurus ergo(ſb
pennis eius ſperabis)Scuto)miſcdie(circūdabit te
veritas eius)que nunq̄ deficit in ꝓmiſſis ne ab arden=
tibꝫ diaboli ſagittis ledaris/et qꝛ circūdabit te(nō time
bis a diabolo)qui in tenebris ſemp eſt et de nocte tanq̄
occultus predo homines inuadere ſolet.
Non timebis inſup a leui ⁊ manifeſta temptacōne q̄ fit
ſcientibꝫ que dicitur. Sagitta volans in die)nō time=
bis a temptacōne graui ⁊ occulta que dicitur(negociū
ꝑambulans in tenebris)et a tēptacōne graui ⁊ apta q̄
dicitur(demoniū meridianū)quia tūc viget eſtus maio
ris temptacōnis.
Ille qui habitat in adiutorio altiſſimi nō timebit ab ali
quo genere temptacōnis ſed/o xp̄e.
Cadent a latere tuo mille)id ē infiniti qui ꝑſumūt ſe futuros ī latere tuo
tecū ſeſſuros ad iudicādū cū aplis ⁊ alijs viris ꝑfectis
(cadent a latere tuo)·i·nō deputabūtur cū illis qui ↄſili
arij et iudices tecū erunt(et decē milia)id eſt infiniti qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

preſumũt ſe ponẽdos a dextris. i. inter ſaluatos (cadẽt
a dextris tuis) q a ſiniſtris ponẽtur. ¶ Mille dicit a la
tere cadere ⁊ pl'es a dextris q plures ſũt illi q̄ pſumũt
ſe ſaluãdos q̄ qui pſumũt ſe cũ xp̄o iudicaturos. Ad
te aũt) in mẽbris veris cũ quib' vnũ es (nullũ taliũ aliq̄
modo appropinq̄bit) q et ſi carnẽ aliq̄ illarũ tẽptatio=
num affligat fidẽ non tñ ledet. ¶ Et licz impij te pmit=
tente tuos pſequãtur. ¶ Verũtamẽ) nõ impune q (o=
culis tue diſcrecõis cõſiderabis) malũ quod voluerunt
inferre (et retribucõz debite dãnacõis ut eis retribuas)
Ideo ego tẽptacões p̄dictas non timeo. Quoniã tu
es ſpes mea) in te non in hoīe cõfido/ in te bene debeo ſpe
rare quia (altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ) in quo ſolo ſe=
curitas poteſt inueniri quia ip̄e altiſſimus. vñ ſequitur.
¶ Non accedat ad tuos malũ) q altiſſimũ poſuiſti re=
fugiũ tuũ (et flagellũ nõ appropinq̄bit tabernaculo tu=
o) ſcilicet anime fideli in te ſperanti quia altiſſimũ poſui=
ſti refugium tuum.
Et hoc ideo quia ſperãti in te auxiliũ diuinũ pmittitur.
Angelis) inquit id eſt nũcijs (ſuis mãdauit de9) pa
ter (de te) o vir iuſte (ut cuſtodiãt te in oīb' actiõib'
tuis) Angeli miniſterio ſuo dirigẽt te) in via (ne forte
pecces in xp̄o) Super oēs diabolicas temptacões
hijs beſtiarũ nominib' deſignatas ãbulabis) ſecurus
dei ope adiutus ⁊ ſanctoꝝ ãgeloꝝ auxilio vallatus (et
cõculcabis leonẽ ⁊ draconẽ) quia oēs diaboli tẽpta=
tiones ſubijcientur viro iuſto.
Vox dei. Quoniã in me ſperauit) vir iuſtus ſcilicz (li
berabo eũ) ab oīb' anguſtijs (ptegam eum quoniaz
nouit veram fidem filij mei) et me ip̄ius patrez credidit
et intellexit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Clamabit ad me) orãdo deuote (et ego exaudiã eũ) adimplendo peticõnẽ ſuã (cũ ipo ſũ in tribulacõe) ſemp adiuuãs/ et de eadẽ tribulacõe (eripiã eũ) q amplius nulla tribulacõne circũdabit eũ qđ in fine ꝯplendũ eſt (et glorificabo eũ) in celo. Et erectũ. Longitudie die rũ) .i. eternitate vite (replebo eũ) et ĩ ipa eternitate (oñ dã illi) p aptã viſionẽ (me ipm in quo ſalus oĩm ꝯſiſtit.

Pſalmus .xci in quo monet in hac vita labora re ut tandẽ exultemus in eterna beatitudine.

Bonũ eſt ſalicꝫ neceſſariũ (laudare deum et te bonis opibꝫ laudare) nõ ad gloriã hominis (ſꝫ nõis tui o altiſſime. Laus nr̃a debꝫ ordinari. Ad annũciandũ tẽpore pſperitatis miſcďiã tuã) q quicquid pſperi habemus puenit ex miſcďia et gratia dei (et iuſticiã tpe aduerſitatis) q quicquid aſperũ ꝛ ad uerſũ nobis ꝯtingit iuſto dei iudicio cõtingi ꝑpter pcca nr̃a credere debemus. Sequẽtibꝫ inſtrumẽtis hanc di uinã laudẽ pficere debemus. In decacordo pſalterio) ut cũ aſſiduitate diuine laudis impleamus decalogũ le gis et adiungamus opa pietatis q̃ deſignãtur p (cithara) et hoc nõ cũ triſticia ſꝫ (cũ cantico) .i. hilari corde ꝛ ſereno. Bonũ dico ẽ te laudaẽ. Quia) o dñe (delectaſti me) in eo qđ (in me factura tua) tu facis. tu enĩ feciſti ſi bene ago/ quicquid boni in me eſt a te ſolo eſt (et in operibꝫ manuũ tuaꝝ exultabo) id eſt ſi quid boni ago de te a quo ẽ exultabo nõ in mea felicitate. Quã magnificata ſunt opa tua dñe) in ſubſtãtia in virtutibꝫ et in alijs qualitatibꝫ et ĩ tantũ ut explicari nõ poſſet (nimis pfunde) inſcrutabiles ꝛ incomphenſibiles ſũt (diſpenſacões ſapientie tue) quibꝫ talia feciſti et facta gubernas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf